

nu. 448. & seq. Farinac. volum. 1. q. 27. & clarius quaest. 17. & 18. Ros.

Vel habeat illam aridam. ] sup. q. 69. ver. pone. vbi habetur de ista manu arida, & quomodo tunc procedendum sit, & de hoc vide etiam Plot. inter consilia criminalia diuersorum, consilio 109. numer. 16. Drogh.

Communitari. ] Adde, quod si haberet vtramque manum, manus non debeat truncari, sed in illo casu debeat mitigari, si plures filios haberet iafantes, ne illi famae perirent, & posset relegari, tenet Martil. in sing. 602. incip. ex delicto, & Paris. in tractat. syndic. in verbo, poena, §. quinque. Baia.

Laurentium Blancum. ] Hoc genus gibbosorum, qui torqueri non possunt, commemorare supra, quaestione sexagesimaquarta, vers. subiant legitima indiia. Drogh.

Vidi mutari ex hac causa. ] Intellige tamen iussu Senatus infra quaest. 95. vers. sed quid si reus ibi, bene verum est, supra quaestione 46. versiculo sed quid agendum, at in dictis locis loquitur de commutatione poenae, qua fit ex le-

potest iudex illam poenam in aliam commutare. Et ideo, si ex forma statuti propter falsum testimonium sit alicui amputanda manus dextra, & ille non habeat manum dextram, vel non habeat illam aridam, debet officio iudicis illa poena in aliam commutari, Et ita dicunt Doctores, ut attestatur Bal. in l. nouerit, n. 5. C. vt intra cer. temp. Anan. in c. 2. num. 2. de Calum. Vide in hoc proposito qua dixi sup. q. 69. ver. sed quid si reus. Et ita vidi quandoque per senatum iussum fuisse sustigari quendam Laurentium Blancum pro delatione armorum prohibitorum, eo quia cum esset gibbosus, non potuit affici poena edicti, qua erat trium ictuum funis: & alias sepiissime vidi mutari ex causa ictuum funis, in sustigationem, vel alii-

gis necessitate, in voluntaria credo iudicem mutare non posse, nisi iussu Senatus, ut hic vide Capyc. dec. 27. nu. 4. Drogh.

Admitti ad compositionem. ] Adde similem compositionem fore in usu maxime apud quosdam Regulos, siue feudatarios, immo iape eorum Potestates, & Fiscales inficio, ut aiunt, Dominos: has compositiones furtum contra hunt, saepeque faciunt, ut reus renunciet defensionibus, detque fideiussores de supplicando feudatario; quod aliquando fit super eos, & super filios suos, ut dixit supra quaestione 48. versiculo quareo nunc in fine, & hic nota mulierem publicae torque ri non debere: at de compositione, infra q. 95. vers. Hac autem. Drogh.

Bene verum est. ] Cart. vbi supr. num. 450. Ros. Antoniu Rauariu. ] Iste Antonius Rauarius fuit oriundus in inclyra terra Calalis maioris prope Padum, & de eodem Rauario habetur infra, q. 95. vers. sed quid si reus in fin. & ibi vides poenam in consilio Senatu commutari non posse; alium casum commutationis poenae supra q. 82. stat. 8. vers. ed quid si delinquens. Drogh.

Bene verum est. ] Cart. vbi supr. num. 450. Ros. Antoniu Rauariu. ] Iste Antonius Rauarius fuit oriundus in inclyra terra Calalis maioris prope Padum, & de eodem Rauario habetur infra, q. 95. vers. sed quid si reus in fin. & ibi vides poenam in consilio Senatu commutari non posse; alium casum commutationis poenae supra q. 82. stat. 8. vers. ed quid si delinquens. Drogh.

QVAEST. LXXXVI.

Vnum pro alio puniri non debere.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Vnus pro alio puniri non debet.
- 2 Dominus non tenetur pro delicto famulorum suorum.
- 3 Pater non tenetur pro filio, neque etiam in legitima.
- 4 Quicquid facit filius occasione patris, vel famulus occasione domini, & eoscienter presumitur factum de eius voluntate.
- 5 Statutum, quod vnus pro alio puniatur, an valeat.
- 6 Et an valeat statutum, quod dominus teneatur pro familia.
- 7 Et an quod filij, vel nepotes amittant bona propter aliquid delictum parentum.
- 8 Et an quod pater teneatur soluere condemnationem pro filio vsque ad leg. timam.
- 9 Et quid si stante hic statuto filius fuerit in contumaciam condemnatus.
- 10 Et an valeat statutum, quod villa teneatur pro delictis commissis in suo territorio.

Ex Additionibus.

- 1 Alius pro alio quando puniatur.
- 2 Filius quando punietur feudo propter delictum patris remiss. Condenatus ex alieno delicto potest recuperari ab eo, ob cuius factum condemnatur.
- 3 Statutum, quod vnus pro alio teneatur, an, & quando valeat.
- 4 Dominus presumitur informatus de qualitate, & conditione famuli.
- 5 Bona fama excusat.
- 6 Delictum commissum ab amico consanguineo, vel famulo ali-

- 7 Cuius an presumatur factum de voluntate ipsius.
- 8 Famulus an presumatur deliquisse de consensu Domini.
- 9 Et quando obliget suum Dominum.
- 10 Et an exhibendo famulum Dominus liberetur.
- 11 In iuramento damnatum passum, & quando suscipiendum.
- 12 Pater quando teneatur pro delicto filij remissive.
- 13 Delictum factum a filio quando censetur factum a patre.
- 14 Princeps ex causa potest alicui facere saluamguardiam.
- 15 Statutum, quod vnus teneatur pro alio, quomodo sit intelligendum.
- 16 Decreti Mediol. quid Collaterales in crimine laesae Maiestatis puniantur morte intellectus, remissive.
- 17 Et an statutum praedictum comprehendat minores.
- 18 Et an in materia dicti statuti masculinum concipiat femininum.
- 19 Dominus an teneatur in solidum, si plures de sua familia damnatum dederint.
- 20 Filius culpa parentum in duodecim casibus puniatur, remissive ibid.
- 21 Pater in statu Ecclesiastico tenetur soluere legitimam pro filio condemnato, & in contumacia.
- 22 Et quid de iure communi.
- 23 Et quid si filius delinquat extra territorium.
- 24 Et quid si pater esset forensis, & haberet possessiones in loco, vbi filius deliquit.
- 25 Et quid si habet nepotem ex eodem filio delinquentem.
- 26 Et quid si patrimonium augeatur.
- 27 Legitima consignata filio in vita patris an augeatur auctis bonis.
- 28 Et quomodo contra patrem sit facienda executio pro legitima.
- 29 Sententia lata contra filium praedicit patri.
- 30 Pater an possit renouari confessionem factam a filio de delicto.

Et

- 29 Et an appellatio a sententia lata contra filium.
- 30 Statutum, quod vnus soluat condemnationem pro nepote, intelligitur filio non existente.
- 31 Filius appellatio an veniat ne pos, ibidem.
- 32 Poena soluta per patrem pro filio an computetur in partem ipsius filij.
- 33 Legitima an sit computanda tempore solutionis, vel condemnationis, remissive.
- 34 Pater soluens pro filio habente bona materna, an censetur de suo soluisse.

- 35 Et quid in statu Ecclesiastico.
- 36 Pater an teneatur pro filio, qui alium filium interfecit. Moren. impugnatur ibidem.
- 37 Legitima cum detrahitur, an computetur filia a statuto exclusa.
- 38 Pater non tenetur pro filio bastardo.
- 39 Item si filio sit soluendo.
- 40 Nec pro filio impubere.
- 41 Et quid de minore 35. annis. Farinac. lapsus ibidem.
- 42 Pater tenetur soluere poenam pro filio etiam iniuste condemnato

ADDITIONES Ad Quaest. LXXXVI.

Debet etiam Iudex. ] Adde in hac materia, an vnus pro alio puniri debeat, Socin. in capitulo in quibusdam numero 13.

QVAEST. LXXXVI.



Debet etiam iudex animaduertere, ne aliquem, puniat pro delicto alterius: nam regulariter vnus pro alio puniri non debet.

Hic insertur, quod dominus non tenetur pro delicto famulorum suorum, secundum Bar. in l. ne quid, n. 1. ff. de incen. rui. naufragio. Et est commu. opin. ut dicit Curt. in l. 1. post num. 13. C. de ser. fugi. Non enim debet culpa seruorum, vel quomodocumque subditorum esse nocua dominis suis. Et est comm. opi. ut dicit Curt. in l. 1. post num. 13. Hoc tamen intellige vt procedat, nisi dominus teneat in domo viros notorie scelestos: nam eo casu vtique teneatur pro eorum delictis: Et ita sentit tota iuris schola, vt dicit Placa lib. 1. delictorum, cap. 14. nu. 1. in fin. Et n. 3. dicit quod haec est recepta omnium sententia: & ideo quando dominus molestat pro delicto commissio

& conditione famuli. Baia. c Bonum est. ] Adde, quod idem tenet Bal. in consil. 222. volum. 2. Castren. in l. videamus. ff. locati, & Lauren. Temi. in tract. cautel. caut. 72. vbi late. Baia.

Scias etiam. ] Adde, quod quando delictum committitur ab amico, vel consanguineo, vel famulo in fauorem alterius, an praesumatur fieri de voluntate illius, de cuius fauore agitur, Abb. in c. constitutus n. 3. & late Felyn in c. Petrus de homic. & famulus non praesumitur deliquisse de consensu domini cap. quia praelatus. q. 4. Ale. de praesump. praef. 40. vbi ad hanc conclusionem quique limitationes adducit, & quando delictum familiae, seu officialis, & similitum obliget dominum, potestatem, & Capitaneum, aut officialis laussum habetur per Beron. in c. 1. de rest. spogiat. nu. 41. cum seq. & ibi etiam habetur, an excentes, of

ficiunt, siue publicum, siue priuatum officiales, & familiares suos exhibere teneantur, & exhibendo liberentur, & an delictum in officio publico, siue priuato commissum praesumatur factum ab his quorum opera dominus viuunt, an vero ab alijs, & an de rebus commissis stentur iuramento damnati. Baia.

Secundo insertur, quod neque etiam pater tenetur pro filio. Et ideo si filius fuerit condemnatus pro aliquo delicto non tenebitur pater soluere huiusmodi condemnationem, neque etiam legitima debita ipsi filio post mortem patris. Ita tenet Gul. in leg. si qua poena, ff. de ijs qui sunt sui vel alie, quem sequuntur communiter Doctores. vt dicit Laur. Palat. de stat.

vt per Moron. tract. de fidei. treg. & pac. q. 83. numer. 1. Limita tamen, vt ibi per eum num. 4. & seq. Baia.

Secundo insertur. ] Adde, quod ista regula, quod pater non tenetur pro filio, habet sex fallentias, secundum A. ff. in const. Regni. in const. incip. pacterentorum nu. 35. cum seq. & an Dominus pro seruo, & famulo per statutum teneatur, habetur per Tolos. in decis. 195. Tiraq. de pen. caus. 51. n. 58. in quibus casibus in damno dato, pater, dominus, & vniuersitas non tenentur. Plot. in l. si quando nu. 876. 877. 819. 856. Baia.

Ex legitima. ] Neque etiam in hereditate secuta morte ei delata. Bald. consil. 257. libro tertio, vbi Rouicella Farin. titu. de delict. volumine primo, quaest. 24. numero secundo, & plur. seq. Ros.

KKK

164

g Ita etiam communiter teneri. ) Contrarium servatum fuit contra quondam nobilem Gabrielem Zurlaus homicidio commisso per quondam D. Gasparem eius filium, in personam quondam D. Francisci de Ferrarijs, Aquila Prætoris, sub Illustris. & Excellentis. Domino Sfortia Pallavicino tunc dominante; vide Bart. in l. 1. §. si impubere, ff. de collat. bon. las. in §. Actio nes numero 91. Instit. de act. At fortè illud evenit ex aliquo statuto, de quo dixit infra hac eademque versic. & hac quidem; & hic adde, quod existente nepote ex filio filius non detrahit legitimam, sed referuntur nepoti, late per Surd. decisione 134. Drog.

h Scias tamen. ) Natta confilio 499. numero 30. Vulpell. conf. 60. nu. 3. Farin. d. q. 134. c. 3. nu. 107. Rol.

Scias tamen, quod quicquid facit filius occasione patris, & eo sciente, presumitur factum de eius voluntate, & est communis opi. ut dicit Curt. Sen. in d. confilio 41. num. 7. vbi in facti contingentia consuluit, patrem teneri pena extraordinaria de homicidio commisso per

Pena extraordinaria de homicidio. ) supra quæst. 17. vers. fin. & q. 82. in princ. vbi de pœnis extraordinarijs: & quidem patre presente, & non prohibente; infra quæstionem 87. vers. dictum est, ibi consuluit Curt. Sen. Blanc. de q. numero 313. qui si condemnetur, ut hic, magis dicitur multa, quam pœna; dixi infra ad quæst. 95. vers. Hæc autem omnia; contrarium tamen ijs, quæ dixit Clar. hic, & d. q. 87. ver. dictum est, cum Cagnola, & Cur. Sen. ab eo allegatis, tenuit indistinctè Felinus in capitulo cum omnes coll. 15. ad fin. extr. de const. allegat. Abb. in cap. constitutis, & c. cum causa, de Testib. qui quidem dixit ibi nu. 3. illic nu. 18. Drog.

K Et hac quidem. ) Adde t. Ofsæ. in decisione 88. vbi tractat de huiusmodi statuto, & tenet, quod Princeps ex causa potest facere saluam guardiam ad favorem alicuius, & t. quomodo huiusmodi statutum, quod unus teneatur pro alio, sit intelligendum, vide Plot. in reper. l. si quando, §. 53. numero 10. Item adde, quod Princeps hoc facere potest in statutis totius Civitatis, non autem in statutis vnus Collegij, vt declarat Bald. in l. recepticia colum. fin. versic. quæro nunquid C. de const. pœun. & idem in statutis decurionum dicit Alber. de Rosar. in l. de quibus numero 59. ff. de legi. & prædicta tenuit etiam Gabriel. conclusio. libro 3. tit. de iure quæsito non tollen. concl. 2. num. 20.

L Item, t. quid decretum Ducis Mediolani disponit, quod collaterales pro crimine læsæ Maiestatis pœna mortis puniri debeant, quod decretum declarat Decius conf. 64.

Item adde quod statuta, quod unus teneatur pro alio, non extendantur ad casus, qui alijs comprehenderentur sub

expresso. Decian. confilio 25. numer. 19. volum. 2. & ibi loquitur in materia huius statuti, quando quis pro alio teneatur, quod statutum sic disponens, ut quis pro alio pœna corporali, non valerit. Viui. opin. 771. num. 14.

Item t. adde, quod familia statuta, quod vnus teneatur pro alio, non comprehendunt minores, nec in dictis statutis masculinum concitatur infra q. proxima, versic. dictum est.

Et hæc quidem omnia de plano procedunt secundum dispositionem iuris communis. Sed quæro, nunquid valet statutum ex causa, quod vnus puniatur pro alio, modo non corporaliter. Et est communis opin. vt dicit Anan. in c. 2. de delict. puorum. Felin. in c. cognoscentes. numero 2. de const. Berous in d. c. cognoscentes. num. 18. Didd. lib. 2. resolur. c. 8. num. 7. & dicit Alber. in prima parte statutorum, q. 47. nu. 8. quod quidquid sit de iure communi, talia statuta sunt, & servantur, & tolerabilia sunt, maxime vbi solimmodo imponunt pœnam pecuniariam. Quinimo potest etiam pœna infamie aliquis pro alterius culpa puniri, vt est exemplum in l. quisquis, C. ad l. lul. maiesta. & est communis opi. vt attestatur Dida. in d. cap. 8. post num. 7. Quod certe durissimum est: nam apud

d e quo hic dicitur, vide Ias. in §. Actiones numero 79. & ibi Apostilla in litera A. Instit. de Act. sed an tali casu, quo Pater tenetur pro filio, citari debeat ad condemnationem faciendam, las. remissive in dicto §. Actiones num. 89. Andr. Alciat. tract. de presump. reg. 3. præsumpt. 22. numero secundo Boer. super const. Bitur. tit. de constum. prædiales §. 7. fol. mili 121. & in quantum hic dicitur, quod Pater tenetur pro filio ad statutum nostrum Pallavicinum in criminalibus libro secundo Rub. 73. tit. De pœna facientis, vel d. nris damnum: Alciat. d. tractat. reg. 3. præsumpt. 40. qui bene, & utiliter loquitur, consideranda tamen sunt verba statuti, & eorum conceptio, vt per Char. nouissimè in suo tract. de exequut. sent. numero 298. & ideo stantibus prædictis declaratur statutum Riparoli in crimin. Rub. 259. quod disponitur, patrem familias, & Dominum teneri pro familia, & multo magis declarari debet consuetudo, quod in condemnatione capitali filij familias, fiat etiam confiscatio eius legitimæ, reiecto viurctu patri durante eius vita, ut tale statutum, & consuetudo locum non habeant, cum famulus, vel filius in contumaciam damnatur, & quamvis dici soleat, quod ipa contumacia sit delictum, ut diffuse hanc quæstionem tangit Anton. de Bonghis inter confilio crim. diuersi. conf. 67. part. 2. tamen respondendi potest, quod delictum non consideratur respectu legitimæ quæ non debetur in bonis paternis cessante statuto, nec etiam respectu pœna pro damnis soluenda, sed consideratur respectu tantum personæ banniti, & condemnati sprete contumacia; & ideo patre vel domino non citato ante condemnationem contra famulum vel filium faciendam, vtiq; non valet condemnatio respectu ipsorum, vide infra hac eadem quæst. versic. sed quæro nunquid: Vide Cuchum tract. de legit. titulo an legitimam augeant nu. 13. fol. 71. Drog.

m Potest tamen. ] Adde videndum Afflict. in constitut. Paterenorum, num. 37. vbi ponit rationem, quare in hoc crimine læsæ Maiestatis, & hæresis pro patre filius puniatur. Baiar. n. Et ex hac conclusione. ] Farinac. vbi supr. num. 91. & seq. ac 102. Ross.

Et ex hac conclusione. ] Adde, t. si de damno de to vel iniuria illata à pluribus de familia vnus dominus agatur ad vindictam publicam, id est ad pœnam criminalem fisco applicandam, quod dominus teneatur pro quolibet in solidum, & non pro vno delicto, id est pro vno delinquentem, ita tenent communiter Doctores, vt per Alex. in l. si familia, num. 5. versic. extra glo. quæro, ff. de iuris. omn. iud. & ibi habetur etiam, an idem sit in furto, si agatur ad publicam vindictam. Baiard.

Inferitur etiam. ] Adde, quod in duodecim casibus filij puniuntur ob culpam patrum, quos enumeravit Afflict. in constit. pacterenorum, numero 33. ad quem me remitto, & hæc sunt intelligenda de filio in potestate, & emancipato ante patris delictum, vt ibi per eum, numero 43. Baiar.

P. Vers. poterit. ] Farin. vbi supr. nu. 25. & 158. Ross. q. Valebit igitur. ] Et num in legitima computabit bona extra territorium posita: Vulpell. confil. 114. vsque 121. vbi multa ad legitimam, & an porrigatur ad bona extra territorium laicus Farin. vbi supra.

Sed quæro. ] Adde, t. quod in statu Ecclesiastico adest constitutio Marchia in libro 4. cap. 18. quæ pater tenetur soluere legitimam pro filio condemnato, si de delicto constituit, non tamen in contumaciam, sed postea fuit prouisum per Pii Quartum Pontificem Maximum in motu proprio appellat. o. num. folio 872. in bullario nouiter impresso, quod pater teneatur soluere legitimam pro filio, etiam quod sit condemnatus in contumaciam, & etiam non obstante consuetudine in contrarium existente.

Item t. adde, quod pater tenetur ad soluendum legitimam si aparetet iudicem motum fuisse ad condemnandum filium per veras probationes, quas de delicto haberet, non autem propter contumaciam, vt est glof. in l. 2. in verb. absens. C. de contrar. iud. rutes. & ibi Bald. & in c. 1. circa fin. de feudo vassal. ab alien. & Natt. in confil. 340. nu. 29. & Ioseph. Ludou. commu. concl. conel. 3. ampl. 3. & etiam si condon. in cõium. sententiæ contra eum lata scientiam habuerit, & non appellauerit; tunc enim in presentem, & in confesum lata cenetur, & nocet omnibus, Ioseph. Lud. in d. conel. 3. ampl. 5. Gram. decil. 24. in fin. & Menoch. in confil. 100. nu. 14. & 15. vol. 1.

Item adde, quod si filius extra territorium delinquat, pater non tenetur. Baldus in l. 1. columna 3. ne fil. pro patr. Socin. in l. Modestinus, ff. de except. lai. in §. actiones, numero 85. institut. de action. Deci. confil. 359. & Socin. confilio 172. num. 8. & sequent. volum. 2. & Viu. commun. opin. in verb. statutum disponens, quod pater, num. 7. opin. 771. vbi ad dictum statutum posuit multas limitationes.

Item t. adde, quod si pater esset forensis, & alibi habitaret, sed haberet in loco delicti facti per filium possessiones, & domos, quod eo casu non posset cogi, secundum Baldum in lege si qua pœna, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. quod dictum pro valde notab. refert Dominus Cataldus in tractatu suo de syndi lul. Clar. Sentent. Pract. Crim.

catu, in quæstione 140. versic. adde, quod stante statuto, vbi dicit, quod ipse ita constituit apud Maceratam, & idem Baldus in l. si qua pœna, tenet, quod pater non tenetur soluere legitimam pro filio, si habet nepotem ex eodem filio delinquentem, quem refert, & sequitur Ruin. confilio 8. numero 6. volum. 5. Barbat. confil. 40. volum. 3. & Nonius confil. 95. vbi plenè, & decil. Perusina 11. nume. 27. salit in crimine læsæ maiestatis, in quo, etiã quod pater habeat nepotem, tenetur soluere legitimam, secundum Baldum confil. 14. volum. 4. G. de crim. læsæ maiestatis, libro 2. rubr. vltim. quæst. 15.

Valebit igitur proculdubio statutum disponens, quod pater tenetur soluere condemnationem pro filio vsque ad legitimam. Et est communis opin. vt attestatur Alex. in l. lex Cornelia numero 8. ff. de vulg. vbi etiam subdit, quod ita seruatur in practica, quem refert Iason. in authent. nouissima, numero 8. C. de inoffic. testam. Soci. in l. tum filius famul. numer. 8. de verbo oblig. Gomef. in §. actiones, numero 24. Institut. de actionibus. Didacus in loco præallegato, Marsil. singul. 362. statutum volens, & sing. 481. communis opi. quem refert Viuius in libro communium versic. statutum disponens.

Sed quæro, nunquid hoc statutum habeat locum contra patrem, etiamsi filius super ipso delicto, seu imputatus ante eius mortem veriori sententia, secundum Mazzol. in confilio 29. numer. 64. & de hoc vide etiam Michael. Crass. in tract. de success. §. legitima q. 13. Et t. an executio debeat fieri contra patrem facta condemnatione, an verò sit agendum contra eum conditione ex lege, & de nouo probandum masculinum, vide Baldum super statuto in verbis patentes, versic. statuto cauetur, quod filius, & Bart. in l. cum probatio, ff. de probat. & in l. condemnationem, ff. ad Syllan. & in l. cum filius famul. col. 2. ff. de verborum obligat. & in quæst. suis, quæst. 3. & Gomef. de delictis, capitulo primo, numero 90. versic. quarto inferitur,

quod sententia lata contra filium nocet, & præiudicat patri non vocato, nec citato, & de communi attestatur. Et quid si filius confiteretur delictum, t. an possit reuocare confessionem, & probare contrarium, vide per eundem Baldum in dicto verbo patentes, versic. statutum est, quod pater, & glof. magna, ibi, & fortè in l. 11. ff. de ex noxal. causi. agat. Et an hoc statutum habeat locum in nepote filij, vide Baldum, & Salycet. in l. si filius tuus, Cod. ad Macedon. Et quod tempus inspiciatur, an tempus delicti, vel solutionis in computando legitimam, Baldus in l. filius, ff. de iudic. & an pater t. possit appellare à sententia lata contra filium, Baldus in l. finali, §. nec essitatem, & C. de bonis quæ lib. Et stante t. statuto, quod auus soluat pœnam pro nepote, intelligitur filio non existente in medio, Ruinus confil. 8. n. 6. vol. 5. vbi etiã habetur, quod appellatione filij nepos in hac materia non continetur, & vide sup. nu. 23.

Item adde, quod stante tali statuto, in legitima debent computari bona, quæ pater habet extra territorium secundum Vulpell. confil. 54.

Item t. adde, quod pœna soluta per patrem pro delicto filij computatur in parte ipsius filij, si coactè soluerit, puta per statutum, vel quod pro eo fideiussit, aliter non computatur, quia videtur soluta causa pietatis, Bartol. in l. si quis, ff. de pecu. legat. & Viuius opinio. 771. nu. 15. vol. 2. nec potest repeti, licet pater in testamento declarasset, velle quod solutum ex dicta causa computetur in legitimam filij, quia pater debuit ab initio tempore solutionis protestari, quod sonebat animo compensandi, & repetendi. Ita Ruin. in confil. 145. num. 12. volum. 3. t. an le-

guma